

Joachim Hartmann

**Programma, Qvo, Ad Sanctissimvm Redemptoris Nostri Iesv Christi
Resvrrrectionis A Mortvis Festvm Svmma Mentis Pietate Celebrandvm, Cives
Academiae O. O. Honoratissimos Colendissimos Maximo Stvdio Cohortatvr :
Iisdemqve Simvl Dictorvm Sacrae Scriptvrae, Obedientiam Christi Activam Pro
Hominibvs Vicariam Evincentivm, Adversvs Pseidermneian Toellnerianam Et
Doederleinianam Vindicias Pavcis Praefando Exhibet, Earvmqve Specimen
Tertivm, Exponit**

[Rostock]: Litteris Adlerianis, [1791?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877977356>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

1791. Ostern.

~~M-1256. 422. m.~~

PROGRAMMA, U 1791.
QVO, AD
SANCTISSIMVM
REDEMPTORIS NOSTRI
IESV CHRISTI

RESVRRECTIONIS A MORTVIS
FESTVM

SVMMA MENTIS PIETATE CELEBRANDVM,
CIVES ACADEMIAE O. O. HONORATISSIMOS
COLENDISSIMOS

MAXIMO STUDIO COHORTATVR,

IISDEMQUE

SIMVL

DICTORVM SACRAE SCRIPTVRAE,

OBEDIENTIAM CHRISTI ACTIVAM
PRO HOMINIBVS VICARIAM

EVINCENTIVM,

ADVERSVS

Ψ Ε Τ Δ Ε Ρ Μ Η Ν Ε Ι Α Ν
TOELLNERIANAM ET DOEDERLEINIANAM
VINDICIAS

PAVCIS PRAEFANDO EXHIBET,

BARVMQUE

SPECIMEN TERTIVM,

EXPONIT,

HODIERNVS ACADEMIAE RECTOR

IOACHIM HARTMANN

CONSIST. DVC. CONSIL. PH. ET SS. THEOL. D. H. P. P. O.

ACADEMIAE ET FAC. TH. SENIOR, IVDICII MATRIMONIALIS

CIVITATIS ROSTOCHIENSIS ASSESSOR, ET AD AEDEM DIVI NICOLAI PASTOR,

SOCIETATIS SCIENTIARVM, QVAE FRANCOFVRTI AD VIADRVN FLORET,

PARITERQUE SOCIETATIS PRO FIDE ET CHRISTIANISMO, QVAE STOCKHOLMIAE CELEBRIS EST,

SODALIS,

LITTERIS ADLERIANIS.

PROGRAMA
AD
SANCTISSIMAM
REDEMPTORIS NOSTRI
IESU CHRISTI

Zach. IX, 19.

RESURRECTIONIS A MORTUIS
F. S. T. V. M.
SVMMA NOSTRA IN IUDAEIS
CIVES ACADEMIE O. O. HONORATISSIMOS
COLENDISSIMOS
MAXIMO STUDIO CONORTATV.



ORDINARIAM
PRO HOMINIBUS
MAGISTRUM
W. T. A. F. M. I. A. N.
TOELLNERIANAM ET DOEDERLEINIANAM
VINDICIAS

PAGIS PRABANDO EXHIBET.
SPECIMEN TER TYP.
HODIERINVS ACADEMIAE RECTOR
IOACHIM HARTMANN
CONSE. DUC. CONSIL. PH. ET SE. THEOL. D. R. S. P. O.
ACADEMIAE ET SAC. IN SENIOR. IUDICI. MATRIMON. S.
CENSURIS - ROSTOCKENSIS. ABBATIS. ET AD ACADEM. DIV. NIGOLAI. PASTOR.
SOCIETATIS COMMUNIAE. QUAE RESURGENTIVM AD VIVENDVM. PLEBEM.
SOCIETATIS SOCIETATIS PRO HIB. IN CHR. J. N. O. QUAE STOCKHOLMENSIS. CENSUR. S.
SODALIS.

LITTERIS ADELPHANIS



W U S

Arcissimum inter statum exinanitionis et exaltationis Christi, hinc inter Satisfactionem eiusdem atque Resurrectionem a mortuis, nexum adeo distincte Scriptura S. multis locis docet, Rom. 4, 25. Phil. 2, 8. 9. Ebr. 2, 9. 10. Ies. 53, 10. 11. 12. Ps. 16, 10. 11. *al.* vt nemini obscurum esse possit Christiano, sigillum completae omnino pro nobis praestitae Satisfactionis vicariae Christi esse ejusdem a mortuis Resurrectionem. Nemini itaque Vestrum, *Cives Academici O. O. Honoratissimi*, inopinatum eveniet, cum ad Satisfactionem Christi pro nobis vicariam pertineat obedientia Christi Activa pro nobis vicaria, quod, summa Vobis motiva, ad pientissima mente, summoque et sanctissimo gaudio, celebrandos sanctissimos, *Resurrectionem Christi a mortuis* in memoriam nobis revocantes festosque dies, suggesturus, pauca, pro firmanda Scripturae Sacrae doctrina de *Obedientia Christi Activa* pro hominibus *Vicaria*, eaque *adversus Pseudopropheetam Toellnerianam et Doederleinianam* vindicanda, mihi praefanda sumam, eoque, postquam *Primum*, et *Secundum*, jam *Vobis* exhibui, nunc *Tertium* porrigam *Specimen*.

§. I.

Verfamur circa locum Divi Pauli Gal, 4, 4. 5. quo *Filius Dei missus a Patre in temporis plenitudine, natus ex muliere*, docetur, et *legi subiectus factus*, vt eos, qui sub lege erant, *pretio posito redimeret*, vt nos *obtineremus filiationem s. in filios Dei adoptionem*. Res ipsa

claritate sua in verbis Apostoli elucet. Qui ab aeterno erat Filius Dei ἄσαρκος, is humanam, ex muliere, Maria, adsumsit naturam, et natus est, γενόμενος ὑπὸ νόμον, eo fine ἵνα τῆς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἰοθεσίαν ἀπολάβωμεν. Supponimus hoc loco, quae, ad explicandam sententiam verborum, jam proposuimus Spec. I. §. 10. Maxime nunc haeremus in verbis Apostoli, quibus docet, quod Filius Dei sit γενόμενος ὑπὸ νόμον, quod omnino evincit, quod, cum antea esset Filius Dei ἄσαρκος ab aeterno, hinc legi hominibus praescriptae neutiquam subiectus, nunc, cum in personalitatem suam divinam assumeret humanam naturam ex Maria, Matre, legi subiectus factus sit, sc. obligationem legis, hominibus praescriptae, libere lubentissimeque in se suscipiens, ex voluntate Patris, cum quo non poterat non Filius eandem voluntatem habere, semet ipsum offerens ad totum missionis finem, Ps. 40, 8. 9. 49, 16. Quid, quaeso, est in his, quod difficile et obscurum homini Christiano esse possit? Verum, qui semel viam deserunt, et a recta declinant linea, illi eodem, qui mentem praecoccupavit, modo semper ulterius a rectitudine discedunt. Nec videas, dum huic dicto semet opponit Duumvirorum nostrorum uterque, TOELLNERVS et DOEDERLEINVS, quidquam utrumque moliri, cui, ex specimine utroque nostro non posset occurri. Quadruplicis enim generis sunt devia, in quibus perpetuo oberrantes deprehendas, vt vel obligationem, quam Christo pro se competere futiliter volunt, confundant cum obligatione, quam libere is lubentissimeque in se pro nobis suscepit, confundentes species oppositas: vel ab obligatione, in genere dicta, inaniter concludant ad obligationem determinatam in specie eam, quam ipsi pro se competentem tribuere frustra volunt, quod est adversum interpretandi sana principia, hinc non nisi spurias explicationes producere valet: vel concludunt a iudis hominibus, propriam personalitatem habentibus, ad Christum Θεάνθρωπον, cuius humana natura propriam non habet personalitatem: vel concludunt ab hominibus naturali propagatione ab Adamo descendentibus, ad Christum Θεάνθρωπον, qui neutiquam naturali propagatione ab Adamo est, Luc. 1, 35. Matth. 1, 20, vt alia nunc non adducam. Quae dixi si quis in hac causa probe distinxerit, is omnibus effugiis, omnibus praconceptis Duumvirorum opinionibus, facillime occurret. Exemplum praebitura sunt, quae huic loco nostro perperam affingunt Duumviri, veritatem

tatem in eodem distincte propositam intelligere nolentes. Quemadmodum enim *γενόμενος* in prima dictione *γενόμενον ἐκ γυναικὸς* omnino denotat factum esse, quod *ante* non erat, sic utique etiam in altera dictione, *γενόμενον ὑπὸ νόμον*, eadem vox pariter significat factum esse quod ante non erat, adeoque subjectio sub lege inde ab assumptione humanae naturae Filio Dei hoc loco tribuitur. Quoniam tamen libertas ab omni obligatione legis, hominibus praescriptae, tanquam attributum Deo, hinc Filio Dei, secundum divinam naturam, competens, ipso *ἐνσωματώσεως* momento, per et propter unionem personalem, communicata est cum humana ejus natura; hinc etiam de hac ejus humana natura subjectio sub lege hominibus praescripta neganda, hinc non alia ipsi tribuenda, est, nisi quam voluntarie, libere, et lubenter, in se suscepit, *ἑαυτῷ*. Atque haec ipsi competit, quia officium ipsi competit voluntarie, libere, lubentissimeque, in se susceptum ad voluntatem Patris. Et hoc quidem egregie enunciat Paulus dum dicit, quod *γενόμενος* sit *ὑπὸ νόμον*, factus legi subjectus, propter nos, ut nos, qui sub lege eramus, redimeret, etc. Nec negligendum est, quod in ipsa sententia Pauli a nobis eo distinguitur Christus, Filius Dei, in carnem missus a Patre, quod nos legi subjecti dicimur, ipse autem *γενόμενος*, factus sub lege, quod itaque ipsi tribui non poterat, nisi quia, ut nos redimeret, et ut nos filiationem obtineremus, legi ad voluntatem Patris subjectus factus, vicem nostram, obligationem nostram, in se libere, voluntarie, lubentissimeque, suscepit, hinc vicariam obedientiam, eam obligationem perfecte implendo, Io. 17, 4. plenissime pro nobis praestitit (conf. Spec. I. §. 3.). Ea adeo sunt evidenter, ut qui aliter explicare Pauli sententiam audent, Christum pro nudo homine sumere, et unionis personalis ideam omnino negare, debeant, quod a quovis Christiano esse debet longe alienissimum.

§. 2.

His praestructis videamus, quid *Duumviri Nostri* tam manifestae sententiae Apostoli opponant. Et primo quidem audiamus TOELLNERVM, facem, vel potius lumen fatuum, DOEDERLEINIO praefertentem. Is autem ad hunc locum §. 50, libri *der Thätige Gehorsam Jesu Christi*

Christi untersucht 2c. 1) *Primo* iterum respicit ad locum Matth. 3, 15. atque de eodem docet: Wenn nicht alle hermeneutische Regeln — Verbindlichkeit. At in eo discursu jam statim fallaciam elenchi committit, quia nequam de obligatione Christi disputatur, sed de ea, quae ipsi

1) Wenn nicht alle hermeneutische Regeln trügen: so ist die Erklärung Christi, daß es ihm gebühre alle Gerechtigkeit zu erfüllen, die deutlichste Erklärung seiner gegen alle göttliche Anordnungen und Gesetze habenden Verbindlichkeit. Aber dies ist gar nicht die einzige Stelle, in welcher wir bey genauerer Untersuchung gerade das Gegentheil von demjenigen antreffen, was nach der gemeinen Meinung darin enthalten seyn soll. Die Hauptstelle, in welcher man die freywillige Unterwerfung Christi unter die göttlichen Gesetze versichert zu finden glaubet, ist die Stelle Gal. 4, 4. 5. Als aber die Vollendung der Zeit kam, so sandte Gott seinen Sohn aus, der von einem Weibe gebohren und dem Gesetze unterworfen worden, auf daß er die so unter dem Gesetz waren, erlösen möchte, auf daß wir die Kindschaft bekommen möchten. Bey Betrachtung dieser Stelle wird sich zeigen, daß dieselbe der gemeinen Theorie so wenig günstig sey, als die vorige. Es gehört nur die erste Hälfte derselben hieher. Die andere wird unten bey denjenigen Schriftstellen vorkommen, in welchen ausdrücklich gelehrt seyn soll, daß der thätige Gehorsam Christi ein Theil des Erlösungswerks gewesen sey. Hier ist die gemeine Erklärung der Stelle. Es wird zuvörderst vorausgesetzt, daß das Wort Gesetz hier in der weitesten Bedeutung sämtliche göttliche Gesetze bedente. Indessen dürfte man die Sache noch nicht verlohren geben, wenn es auch bloß das israelitische Gesetz bedeuten sollte. Es war solches doch auch ein göttliches Gesetz: Und wäre Christi Unterwerfung unter dasselbe eine freywillige und willkührliche Handlung von ihm gewesen; so würde wenigstens keine durchgängige Verbindlichkeit derselben, alle Verhältnisse seiner menschlichen Natur zu erfüllen, behauptet werden können. Nun wird weiter erkannt und zugestanden, daß die Redensart, unter dem Gesetz seyn, nichts anders bedente, als demselben unterworfen und zum Gehorsam gegen dasselbe verbunden seyn. Aber man giebt zu erwägen, daß hier gelehrt wird, der Sohn Gottes sey mit seiner Geburt von der Maria unter dem Gesetz geworden (*γενόμενος*). Damit soll aufs deutlichste vorgestellt werden, daß er nicht vorhin vermöge seiner Geburt, und der in derselben angenommenen menschlichen Natur, bereits, wie andre Menschen, dem Gesetz verpflichtet war; sondern diese Verpflichtung und Unterwerfung unter dasselbe bey ihm erst als etwas neues und besonderes, das nicht vorhin schon da war, hinzukam. Man stellt den Sinn des Ausspruchs also vor, daß Gott bey Aussendung seines Sohnes zwey von einander verschiedene Dinge in Ansehung desselben beschloßen habe:

pro se competere falso a Viro docetur: cum officium, hinc obligationem, Christo tribui, nemo orthodoxus dubitat, sed eam, quam libere, voluntarie, lubentissimeque, in se suscepit, quamque perfecte pro nobis implendo, obedientiam activam pro nobis, hinc vicariam, praestitit.

Habe: 1) seine Geburt von einem Weibe, und 2) seine Unterwerfung unter das Gesetz. Also aber soll aufs deutlichste bestimmt seyn, daß das letzte bey ihm nicht, wie bey andern Menschen, eine Folge des erstern gewesen, folglich sein Gehorsam gar keine Folge von der auf einer menschlichen Natur sonst haftenden wesentlichen Verbindlichkeit gegen Gott, sondern eine Folge einer eignen freyen Unterwerfung unter die Gesetze Gottes gewesen sey. Allein es fehlet sehr viel, daß diese gewöhnliche Vorstellung vom Inhalte dieser Stelle dem Inhalte wirklich gemäß seyn sollte. Zuvörderst ist unlängbar in derselben nicht von dem Gesetze Gottes überhaupt, sondern allein von dem israelitischen Gesetze die Rede. Diese Bedeutung haben wir dem Wort Gesetz in dem ganzen Briefe des Apostels zu zweyten, aus welchem die Stelle genommen ist. Das ist der Veranlassung und dem ganzen Endzweck des Briefes gemäß, die gläubigen Galater gegen die Verführung der jüdisch gesinneten zu verwahren, welche sie zur Beobachtung des israelitischen Gesetzes zu verpflichten suchten. Und das ist den Beschreibungen des Gesetzes, von welchem der Apostel redet, gemäß *). Man überlege die letzte Stelle. Ich betheure noch einmal einem jeden, der sich beschneiden läßt, daß er noch das ganze Gesetz zu halten schuldig ist. Kann es wol Jemanden einfallen, daß mit der Beschneidung eine Verpflichtung zum Moralgesetze geschah! Aber zum ganzen jüdischen Gesetze verpflichtete sich Jemand mit Annehmung der Beschneidung; indem er sich damit verpflichtete, ein Jude zu seyn. Und wenn auch das Wort in einigen Stellen des Briefes, wie in dem Briefe an die Römer, in weiterer Bedeutung von dem ganzen Gesetze Gottes genommen werden könnte: so wird doch unter demselben in der vorhandenen Stelle unlängbar bloß das israelitische Gesetz begriffen. Dieses sind doch die weltlichen Anfangslehren (*τα στοιχεία του νόμου*), von welchen der Apostel in dem unmittelbar vorhergehenden Verse redet. Aber von eben demselben behauptete er in dem unmittelbar folgenden fünften Verse eine mit der Darstellung Christi in der Welt geschene Befreyung. Wie nun das Wort Gesetz also in dem folgenden fünften Verse das israelitische Gesetz bedeutet; also kann es in unserm zwischen beyden stehenden Verse keine andre Bedeutung haben. Niemand kann auch den folgenden fünften Vers von einer durch Christum und mit Christi Darstellung aufgehobenen Verbindlichkeiten gegen das Moralgesetz verstehen. Und wie gewaltsam und zweckwidrig diejenigen mit demselben umgehen, welche eine Befreyung von den

*) Cap. 3, 2. 3. 10. 23. 24. 5. 3.

tit. Praetereaque peccat concludendo a genere ad determinatam speciem (S. I.) Cum porro pergit: Aber — enthalten seyn soll, is est triumphus ante victoriam, qui disputantes parum decet, minime vbi triumphatos eventus docet. Verum ad ipsum locum, quem prae manibus

den Strafen des Gesetzes in demselben vorgestellt zu finden glauben, wird unten gezeigt werden. Also sollte wol das Wort Gesetz in unserer Stelle eine andere Bedeutung haben, als es gleich in der darauf folgenden mit derselben unmittelbar verknüpften Stelle hat? Jedoch so augenscheinlich hier bloß vom israelitischen Gesetz die Rede ist; so wenig ist gleichwol dieser Umstand zur Wiederlegung der aus dieser Stelle gezogenen Schlüsse notwendig. Unter dem Gesetz seyn heißt nach aller Beständnis demselben unterworfen, und das ist, zum Gehorsam gegen dasselbe verpflichtet seyn. So kommt diese Lebensart in dem unmittelbar folgenden Verse vor. Aber zum Ueberfluß erwäge man diese Stelle. In dem folgenden ein und zwanzigsten Verse schreibt Paulus: Saget mir, die ihr unter dem Gesetz seyn wollet, das heißt, euch überreden lasset, daß ihr zur Beobachtung desselben verbunden seyd: wolt ihr das Gesetz nicht hören *). Nun stehet bereits hier kein Wort, daß sich Christus aus eigener freyer Bewegung dem Gesetz unterworfen habe. Es wird wenigstens klar gelehret, daß ihn Gott bey seiner Sendung demselben unterworfen habe. Also aber war er demselben doch immer unterworfen, und zwar vermöge des Willens Gottes über ihn. Aber das kann uns gewissermaßen gleichgültig seyn, ob seine Verpflichtung zum Gehorsam eine Folge von den wesentlichen Verhältnissen seiner menschlichen Natur, oder ob sie eine Folge einer göttlichen besondern Verordnung darüber war. Sie konnte allenfalls eine Folge von beyden seyn. Jedoch lasset uns den Schlüssen näher treten, welche aus dieser Stelle gezogen werden! Man urtheilet, daß die Unterwerfung Christi unter das Gesetz als ein nicht vorhin mit seiner Geburt sogleich verknüpftes, sondern erst hinzugekommenes Verhältniß vorgestellt werde. Man urtheilet, daß er also nicht vorhin dem Gesetz unterworfen war, weil gesagt wird, daß er demselben erst unterworfen ward (γενόμενον ὑπο νόμον). Allein ich sehe nicht, wie der Apostel anders reden konnte, wenn er auch gleich diese Unterwerfung als ein sogleich mit der menschlichen Geburt des Sohnes Gottes verknüpftes Verhältniß gegen das Gesetz vorstellen wolte. Der aus der Maria gebohrne Sohn Gottes ward damals erst: und also ward freylich auch seine Unterwerfung unter das Gesetz damals erst. Er war nicht vorher: und also konnte auch nicht seine Unterwerfung unter das Gesetz vorher seyn. Man verstehe mich wohl, daß ich von dem Sohn Gottes, so fern er von der Maria gebohren worden, daß ich von dem Gottmenschen, rede. Hiernächst

*) Gal. 4. 21.

bus habemus, ipse Vir accedit, dum: die Hauptstelle, inquit — ist die Stelle Gal. 4, 4. 5. — möchten. An locus allegatus sit cardinalis vel primarius in hac doctrina, de eo, arbitror, in cassum disputatur, certe a Duumviris nostris, quibus cardinales locos vel praetervidere, vel callide tacere, et omittere, non insolitum est, quemadmodum quilibet intelli-

ist alles sehr unzuverlässig, was hier auf das Wort geworden (*γενόμενον*) gegründet wird. Dieses Wort bedeutet unmittelbar vorher geboren. Gott sandte seinen Sohn aus, geboren von einem Weibe (*γενόμενον ἐκ γυναικός*). Regelmäßig kann es in derselbigen Zeile keine andere als dieselbe Bedeutung haben, wenn die damit verbundenen Begriffe dieselbe Bedeutung zulassen. Aber sie lassen dieselbe zu. Und so lehret Paulus, daß Gott seinen Sohn gesandt habe, unter dem Gesetz geboren. Nun fehlt so viel, daß er seine Unterwerfung unter das Gesetz als ein erst hinzugekommenes Verhältniß seiner menschlichen Natur vorstellen sollte, daß er es vielmehr als ein mit seiner Geburt zusammenhängendes Verhältniß vorstellt. Ich weiß sehr wohl, daß einige Ausleger, um dieser Untersuchung auszuweichen, das Wort selbst im unmittelbar vorhergehenden Ausspruch durch geworden übersetzen. Gott sandte seinen Sohn aus, der, oder da er aus einem Weibe ward. Allein sollten wir wol berufen seyn, diese wunderliche Uebersetzung zu widerlegen, und Luthers richtige Uebersetzung geboren von einem Weibe, zu vertheidigen? Ich erinnere zum Ueberfluß, daß das Wort in dieser Bedeutung unlängbar Röm. 1, 3. und Joh. 8, 58. vorkommt: und daß wir es blos von der Unwissenheit der Abschreiber herzuleiten haben, daß in einigen Handschriften *γενόμενον* anstatt *γενόμενον* zu lesen ist. Aber was veranlaßte den Apostel, hier überhaupt die Unterwerfung Christi unter das Gesetz hinzuzusetzen, wenn solche eine vorhin mit seiner menschlichen Geburt verknüpfte Sache war? Der Apostel behauptet, daß mit der Darstellung Christi das kindliche Alter der Kirche, und daher auch die Verbindlichkeit gegen das nur für dasselbe bestimmte israelitische Gesetz aufgehört habe. Man könnte einwenden, daß doch Christus selbst noch demselben unterworfen gewesen sey, und daher auch dasselbe beobachtet habe. Hierauf gesteht der Apostel zu, daß die Verbindlichkeit dagegen nicht sogleich mit seiner Geburt aufgehört habe; sondern er vielmehr selbst, vermöge seiner Geburt von einer Jüdin, noch unter dem Gesetz, und das ist, mit Verpflichtung gegen das jüdische Gesetz, geboren worden sey. Die Absichten desselben erreichten nicht mit seiner Geburt, sondern erst mit der Vollendung seines Amtes ihre Erfüllung. Und daher war er selbst bis dahin zu demselben verbunden. Nun ergibt sich folgender den Worten und dem Zusammenhänge,

intelliget, qui, quod locum Io. 17, 4. egregiam omnino, quoad hoc doctrinae coelestis caput, omiserit vterque Hermeneuta noster, sentiet. (Conf. quae de hoc loco dicta sunt Specimine II. §. 6.). Eundem vero locum nostrum in germanicum idioma transtulit interpres noster eo modo, de quo aegre quidem triumphabit. Nec tamen in minutis haerebo, sed vnicum moneo, quod versio ita facta sit, ut sententiam excitare possit, quasi ante natus et legi subiectus tum demum a Deo emissus sit, hinc ita, ut uno pluribus erroribus favere possit videri, imo errorem, quasi nudus homo sit Redemptor, et tanquam nudus homo, propria personalitate instructus, a Deo missus sit, involuere, hinc non modo cum Nestorianismo Viri, sed et Socinismo, amice conspirare videatur. Quomodo de caetero res ardua et divina concipienda sit, hoc jam exposuimus (Spec. I. §. 10.), in eoque hic etiam subsistimus. Cum autem Vir TOELLNERVS arbitratur, quod praesens locus aequè minus orthodoxae sententiae faveat, atque antecedens locus, Matth. 3, 15. in eo recoquere nititur *Ἐνδεδεγμέναιον* suam, quam liculenter ostendimus et refutavimus (Spec. II. §. 1. etc.) adeoque isti falsissimae gloriationi nihil opponimus denuo, sed ad reliqua ipsius prolata progredimur.

§. 3.

hange gemässer Sinn der Stelle. So lange wir unerwachsene Kinder (*ὑψίτοι*) waren, hatte das Gesetz seine Verbindlichkeit. Als aber die von Gott zur Offenbarung Christi in der Welt ersiehene bequemste Zeit gekommen war, sandte er seinen Sohn aus durch die Geburt von einem Weibe, der vermöge dieser Geburt noch selbst dem Gesetz unterworfen war, damit durch die Aufhebung desselben durch sein Amt, und das damit aufgehörende kindliche Alter der Kirche, diejenigen, welche dem Gesetz unterworfen waren, von der weiteren Verbindlichkeit dagegen befreuet werden möchten. Aber nun ist diese Stelle abermals eine ganze deutliche Erklärung, daß Christus unter dem Gesetz geboren, und noch, für seine Person, vermöge seiner Geburt von einer Jüdin, unter dem jüdischen Gesetz geboren worden sey: folglich eine ganz deutliche Erklärung, daß er mit Verpflichtung gegen dasselbe geboren worden sey. Ich kann, wenn ich nicht demjenigen widerstehen will, was sich mir augenscheinlich in dieser Stelle darstellt, vier Sätze nicht verkennen, welche mir der Geist Gottes in derselben zu glauben vorlegt: 1) Christus war dem Gesetz unterworfen; 2) Er war selbst

§. 3.

Carpit Vir in orthodoxa loci explicatione, quod in ea supponatur, vocem *legis* hac quidem in propositione, quae Filium Dei legi subjectum factum esse docet, sumi pro complexu omnium legum divinarum. Id iterum docet Viri confusionem. Namque non aliae leges intelliguntur, quam quae hominibus praescriptae sunt omnibus, qui scilicet omnes redemptionis Christi objectum sunt. Istaе autem sunt morales, decem praeceptis contentae. Istaе itaque omnino sub idea legis hic dictae comprehenduntur. Porro Israeliticas leges solas sub voce legis intellectas vult TOELLNERVS, quod novam ejus confusionem evincit. Namque etiam leges morales, decem praeceptis contentae, sunt *Israeliticae* leges, quibus itaque non nisi per confusionem opponuntur seu contradistinguuntur. Nec omnes Israeliticae leges, eae dici possunt, quibus Christus subjectus fuerit. Nec enim obligatio vilius legis, quae sacrificia typica respicit, ad ipsum pertinet, vnde nec ullum habetur exemplum quod Christus sacrificia Deo obtulerit. Vbi enim Antitypus aderat ibi typis nihil opus erat. Quae cuncta confusionem Viri docent. Mox nunc ab ista oppositione declinat, sentiens, ad removendam sententiam orthodoxam, quam impugnat, eam oppositionem non esse necessariam. Vbiq; sic vacillantem, jam saepe, et hoc quoque loco, cernimus. In pari confusione haeret, dum dicit, quod locutio *sub lege esse nihil aliud*, quam ipsi subjectum, et ad obedientiam illi praestandam obligatum esse, significet, omnino enim denotat etiam *poenae legis* in casu transgressionis ejus, *subesse*. Verum, quocunq; nos vertamus, manifestum fit, de tota causa non sibi rerum rectas Virum formasse ideas. Quis autem est, qui ignoret, ex obscuris et confusis ideis progigni errores?

B 2

§. 3.

selbst dem jüdischen Gesetz unterworfen: 3) Er war solches von seiner Geburt an: und 4) er war solches, so fern er von einem Weibe, und zwar von einem jüdischen Weibe, geboren worden war; folglich nach seiner menschlichen, in einer Jüdin angenommenen, Natur. Aber, wer kann nun aus dieser Stelle weiter erweisen wollen, daß sich Christus ohne einige vorläufige Verbindlichkeiten gegen das Gesetz aus freyer Bewegung bestimmt habe, demselben unterworfen zu seyn? Hier steht klar, daß er unter dem Gesetz geboren, folglich mit der menschlichen Natur zugleich die Verpflichtung zum Gehorsam gegen dasselbe übernommen und erhalten habe.

§. 4.

Vult porro TOELLNERVS doceri hoc loco, Filium Dei *ipsa natiuitate sua ex Maria legi subiectum factum esse*. Eam autem aequivocam facit locutionem. Et primo quidem eam secundum orthodoxam sententiam vult explicare verbis: *Damit soll — Folge einer eigenen freyen Unterwerfung unter die Gesetze Gottes gewesen sey, eamque deinde negat verbis Pauli tribuendam esse: Allein — seyn sollte*. Quantum ad priorem hujus expositionis partem attinet jam Specim. I. §. 10. explicui illud *vorhin*, recto sensu. Hic observo, Virum meliori modo acturum fuisse, si loco illius verbi mansisset in eo se exprimendi modo, quem hic simul, quamuis adnixtis ad causam nihil quidquam facientibus aut pertinentibus, adhibuit, *daß Christus nicht vermöge seiner Geburt, wie andre Menschen (qui scilicet naturali propagatione ab Adamo descendunt, hinc propriam suae humanae naturae personalitatem habent, quod utrumque de Christo dici non potest) dem Gesetz verpflichtet war, sondern diese Verpflichtung und Unterwerfung unter dasselbe als etwas besonderes hinzufam*. Sic omnino veram sententiam rite expressisset, quam nunc, interspersis suis, corrupte proposuit. Continuat porro TOELLNERVS suam sententiae orthodoxae proponendi modum, verbis: *Man stellt den Sinn — gewesen sey, in quo quidem non habeo, quod in se monendum censeam, praeterquam quod veram orthodoxae Ecclesiae in S. Scriptura fundatam rationem, ex differentia Christi ab aliis hominibus nudis desumptam, desumendam, non allegaverit, quod sc. Christus naturali propagatione non descenderit ab Adamo, nec propriam haberit humanae suae naturae personalitatem, sed subsisterit personalitate divinae naturae Filii Dei, Legis Domini, Col. 2, 9. conf. Marc. 2, 28. eaque omissione, hinc obscuritate, errorem tegere quaesiverit, qui tamen eo tegi non potuit, vt non cuiuis adpateret, in eo consistens, quod Christum tanquam nudum hominem spectaverit, tractaverit, a quo omnis vere Christianus abhorreere debet, qui ex Scriptura novit, Θεάνθρωπον esse Iesum Christum Gen. 3, 15. 4, 1. 2. Sam. 7, 19. Rom. 9, 5. Col. 2, 9. 1. Tim. 2, 5. Tit. 2, 13. al. Quod autem libere, voluntarie, libenter, lubentissimeque se legi subjecerit, imo totum opus Redemptionis in se lubentissime receperit, hoc adeo distincte docet Scriptura S. vt pudore suffundi debeat, qui invenire non possit, Pf. 40, 8. 9. Gal. 1, 4. Eph. 5, 2. 1 Tim. 2, 6. Tit. 2, 14. 1 Pet. 2, 24. Io. 10, 18. al.*

§. 5.

Verum Hermeneutae nostro alia sedet mens, nimirum Nestorianismo suo conturbata. Allein es fehlet inquit, sehr viel — sehr sollte. Vtique apud TOELLNERVM aliter esse non poterat. Cui enim adeo clara et distincta divina Scripturae S. eloquia non sufficient, atque §. 4. allegavimus, illi omnino multa ad veritatem intelligendam defunt! Eheu! Verum videamus in quonam scandalizetur Vir plangendus, aut quonam habeat, quae adeo evidenti opponat veritati! Et haec sunt *secundo* (vid. §. 4), quae nunc examinanda veniunt. **Zurörderst** — unmittelbar verknüpften Stelle hat. At vero vix opus est, vt his quidquam opponamus, qui jam notavimus (§. 3.), vacillantem Virum, quod in his vrget, ad refutandam orthodoxam doctrinam non esse necessarium, ipsum fateri. Ne tamen in his quidquam graviter dixisse is videatur, examinabimus singula. Notamus, 1. *Eandem* vagam hic quoque denominationem *legum Israeliticarum*, iterum occurrere, quam notavimus jam §. 3. quasi lex moralis, in Decalogo contenta, non sit lex Israelitica vel Iudaica. 2. *Quodsi* zutem sub voce Legum Israeliticarum solas leges *ceremoniales* et *forenses* Israelitarum TOELLNERVS intellectas vult; tum *a. adhibitis* iustis nominibus rem proponere debuisset. *b.* Falsissimam sententiam propugnaturus esset, nimirum per vocem *legis* in tota epistola ad galatas intelligendam esse solam ceremoniale et forensis, *quod falsum* esse omnino loci, *Gal. 2, 16. 21. 3, 2. 5. 10. 11. 13. 15. 18. 19. 21. 23. 24. al.* abunde evincunt. *c.* Et ipsa quoque *συχεία τῆ νόμου, τὰ εἰσθενῆ καὶ πτωχὰ*, neutiquam de sola lege ceremoniali et forensi, sed de lege universaliter sumta, morale et ceremoniale et forensis, complexa, intelligenda sunt, quae *infirma* atque *egena* dicuntur, quia lex per carnem *infirmata* erat, et ad justificationem et salutem aeternam nos adducere non poterat, *Rom. 8, 3. Gal. 2, 16. 3, 21.* *d.* Verum in his quoque dubium, vacillantem, et haesitantem, deprehendimus Virum. Namque mox dixerat: diese Bedeutung haben wir, dem Wort Gesetz in dem ganzen Briefe des Apostels zuzueignen, aus welchem diese Stelle genommen ist, mox addit propositione concessiva concedendo: Und wenn auch das Wort in einigen Stellen des Briefes, wie in dem Briefe an die Römer, in weiterer Bedeutung von dem ganzen Gesetz Gottes genommen werden könnte, atque sic in contradictionem in terminis

minis ruit. Interim hoc quidem loco non eandem ideam adhibendam esse, id ex nomine *συχία τῶ κόσμος* eruere vult, ex quo idem deduci posse jam negavimus. Quid? Christus nos redemit a maledictione legis? Ergo ne a sola lege ceremoniali et forensi? neutiquam a maledictione, quam lex moralis transgressoribus comminatur, nos redemit? *Gal. 3, 13.* Quo, quaeso, tandem ruitis? qui hypothesebus magis, quam Verbo Dei, confiditis? Imo, nonne Christus mortuus est et nos cum Christo mortui, *ἀπὸ τῶν συχίων τῶ κόσμος?* *Col. 2, 20.* Numquid a solis transgressionibus legis ceremonialis et forensis Christus nos sanguine suo redemit? qui nos redemit *ἀπὸ πάσης ἀνομίας?* *Tit. 2, 14.* Ista itaque sunt ejusmodi! d. *At habet Vir*, hypothesebus oneratus, et nullius momenti principiis, quae errorem hermeneuticum tegant. *Vult* in mente venire nemini posse, circumcisione simul fieri subjectionem sub lege morali. Quae futilis sententia nil nisi falsum continet. Omnino enim, qui circumcisionem acceptabat etiam obligationem ad legem moralem in se suscipiebat, quae quippe etiam erat Israelitica vel Iudaica. *Vult* porro versu suble- 5 non intelligendam esse aliam *legem*, quam ceremoniale et forensis, quod, jam in se absolum et falsum, quia inde sequeretur, quod solos Israelitas Christus redemerit, spuriam quoque supponeret universalem interpretandi regulam, *non posse in eadem sententia cum eodem termino conjungi diversas ideas*, quae universaliter assumpta fallit, quemadmodum omnibus patet ex *Io. 3, 6. al.* Verum ea nuda sunt, et ficta, effugia, eaque hoc quidem loco non applicanda, ubi diversitas significatum ne quidem locum habet, nec orthodoxae sententiae opponi potest, verum in toto textu idem significatus termino *ὑπο νόμον* jungendus est, ut legem significet universalem, moralem maxime, et sub ea subjectionem. Quod autem *oculariter manifestum* venditat Vir, de sola lege Israelitica, et cum exclusione moralis quidem, hinc sola ceremoniali, et forensi, Iudaeorum, sermonem esse, id jam novimus Viri agendi modum esse ut ejusmodi sofculis vtatur, ubi argumentorum defectu laborat. At vero habet, quoque Vir, instabilem sentiens sententiam suam, in quo solatium capiat, nimirum in eo, *quod non necessarium sit*, rem eam conficere, ad removen- dam orthodoxam sententiam, quam contradictionem jam supra notavimus, porro in eo, *quod in sequentibus docere velit*, vim inferri verbis ab iis, qui hoc loco de liberatione a poenis cogitent; quae itaque suo lo-

eo pensanda erunt. 3. *Non ullum* hic verbum legi vult TOELLNERVS, quod Christus se *liberrimo proprio motu* (ita nunc loqui amat Vir) legi subjecerit. At eo nihil obtinet Vir, quam ut manifesto prodat non rectas de tota materia sibi competere ideas. Loquitur de Christo quemadmodum de nudis hominibus solemus, nullibi mente volvens, quod cum Θεάνθρωπος sibi causa sit, nec, quae ad vnionem personalem spectant, respiciens (Conf. Specim. I. §. 3.). *Liberrimum motum*, quem dicit, summa sunt Dei, filique Dei, motiva, quae ipsum commoverunt, vt, ad homines lapsos e miseria sua liberandos, Filius Dei a Patre mitteretur, et Filius Dei, eadem Patris voluntate, veniret in mundum, γενόμενος ἐκ γυναικός, γενόμενος ὑπὸ νόμον assumens humanam naturam in suae divinae naturae hypostasin, eoque humanam suam naturam determinantem, quae itaque determinata per divinam naturam, in arctissimo cum hac consensu agebat, quod admirabiliter Iesaias exprimit Ies. 50, 4. 5. et sic Θεάνθρωπος a primo ἐνταρχώσεως, hinc personalis vnionis, momento, in se voluntarie reciperet subjectionem sub lege nobis praescripta, hinc obligationem nostram, adeoque obedientiam pro nobis vicariam praestaret. Ita cuncta rite cohaerent, rite exprimentur, nec aequivocis locutionibus animus confunditur, multoque minus erroribus nestorianis arianis, et socinianis, corrumpitur. 4. *Dum* praecedentibus addit TOELLNERVS, Deum hic doceri filium ipsa missione legi subiecisse, hinc legi subiectum, lege obligatum, fuisse filium; in eo eadem haeret fallacia elenchi, quam supra (§. 2.) notavimus, in qua itaque denuo morari nihil opus est. 5. *Cum autem* porro prosequitur: *Aber — eine Folge von beyden seyn*, in eo iterum a vero omnino alienus est. Obligatio legis, quae Christo tribuenda est, quia ipsi officium competit, neutiquam tanquam consecrarium ex essentialibus relationibus humanae naturae Christi spectari, nec esse, potest, quia non per propagationem naturalem ab Adamo descendit Christus, nec propriam ejus humana natura habet personalitatem, quae in omni obligatione propria supponitur. 6. At nunc demum ad arma proprius accedere vult TOELLNERVS, et consecraria, vt loquitur, quae orthodoxi ex hoc loco deducunt, examinare vult. Ast statim in falsa incidit dum orthodoxis falsam sententiam affingit: *Man urtheilet — vorgestellet werde*. Namque orthodoxi Evangelicae Ecclesiae omnino docent, quod ipso primo ἐνταρχώσεως momento, quod

in ejus conceptionem incidit, facta sit subjectio sub lege, hinc libere suscepta legis obligatio, et hinc non modo docent, coepisse eam, non demum in nativitate, sed in ipsa jam conceptione *θεανθρώπου*, multoque minus post ejus nativitatem. Adeoque ex omni parte falso cogitat, sibi que repraesentat, orthodoxae Ecclesiae doctrinam, quae ex opposito, ut eam, modo exposui, eximie in hoc dicto docetur, eo, quod *γενόμενος ἐκ γυναικὸς* dicitur simul *γενόμενος ὑπὸ νόμον*. Tum enim, cum humana natura fieret per *ἐπιλευσιν* spiritus sancti, *δύναμις ὑψίστης*, Filius Dei, personaliter sibi univit eam, quod per *ἐπισκίασιν* exprimitur Luc. 1, 35. et eo ipso quoque momento *γενόμενος ὑπὸ νόμον* obligationem legis, hominibus praescriptae, in se recepit, *θεανθρώποι*, filius Dei. 7. Quae deinde addit, pro exponenda orthodoxa sententia: Man ertheilet — νόμον de iis ex superioribus (Specim. I. et II.) expositis rectum formabitur, iudicium, ut et ex iis, quae dicta sunt (§. 4.). Quis est, qui neget subjectionem Christi sub lege jam cum ipsius nativitate conjunctam, quis postea accessoriam, statuat? Sane inter orthodoxos, quibus se Vir TOELLNERVS opponit, nemo. At inde non sequitur, fuisse eam subjectionem naturalem nativitatis ex muliere consecrarium, ut in reliquis hominibus. Dispar enim est hominum, nudorum, et Christi, ratio, quod saepe docuimus. Postquam intelleximus Virum, ne recte quidem exposuisse sententiam eorum, quos refutare animo concepit, jam inde judicari potest, quaenam sit hujus refutationis conditio. a. Quae enim addit: allein ich sehe nicht wie — von dem Gottmenschen rede, ea ad causam Viri non pertinent. Conceduntur ea ab adversariis ejus, quos sibi sumit, orthodoxis, et in cassum adducuntur adversum eos. Quae ad rectum conceptum pertinent, ea jam saepe deducta sunt (Spec. I. §. 3. §. 10. et §. praef.). Ad alia itaque b. transit TOELLNERVS. Hiernächst — zu lesen ist. Multus est Vir in docendo, quod *γενόμενον* hic significet natum. Quamvis nunc omnino differentia inter *γεννώμενον* et *γενόμενον* attendi mereatur, nec iis me hic opponam, qui ad eam differentiam respiciunt, adversus tamen TOELLNERVM eam nequiquam adhibiturus sum, maxime quia utrumque verbum de Christo adhibetur, quod comparans hunc locum cum Luc. 1, 35. quisque intelliget, et quia ipsi docuimus nexum subjectionis Christi sub lege cum ejus nativitate, eamque veritatem etiam

etiam hic custodituri sumus. Vnde haec, multa Viri in cassum disputata non multum, dimittimus, nobis non contraria. 8. *Sed quaerit TOELLNERVS: Cur Paulus, si naturale nativitatis ex muliere subjectio sub lege est consecrarium, eam nativitatis mentioni superaddiderit? Si enim per nativitatem legi subjectus erat Christus, et haec subjectio nativitatis ejus naturale consecrarium fuit, utique non opus erat id addi, cum ex nativitate per se sequeretur. Eamque difficultatem eo a se deligare nititur, quod mirum in modum veritatem miscet cum erroribus suis, omnemque operam impendit, ut in confusionem secum abripiat lectores. a. Docet, quod cum manifestatione Christi Ecclesiae infantia s. aetas puerilis cessaverit, b. Quod tamen is finis non cum ipsa ejus nativitate, sed cum impletione ejus officii demum, obtentus fuerit. c. Hinc ipsum eo usque ad legis observationem, vi nativitatis a matre Iudaea, obligatum fuisse. *Verum est*, in his, quod tempora V. T. infantia s. puerilis aetas Ecclesiae dici possit, quia non ipsam essentiam vel substantiam Bonorum habebant ejus membra, sed umbram, imagines, et typos, eorum, quemadmodum pueri imaginibus, iconibus, picturis, uti solent, *Col. 2, 17. Ebr. 9, 8. 9. etc. Verum est*, quod is status manifestatione Christi cessaverit. *Verum est*, quod ea cessatio non jam ipsa nativitate Christi perfecte obtenta sit. *Verum est*, quod ea perfecta obtentio per impletionem officii Christi demum sequuta sit. At quomodo inde sequitur, quod (n.c.) adseritur, Christum *vi nativitatis a matre Iudaea* legi Israeliticae, sc. ceremoniali et forensi, cum exceptione moralis, subjectum, s. ad ejus custodiam obligatum, fuisse? Totum, quod inde sequitur est hoc, quod Christus legi subjectus esse debuerit, quod admittimus. Errores admixti sunt, quod ea subjectio ipsi tribuenda sit vi nativitatis a matre Iudaea, quod ea se referat ad solam ceremonialem et forensam, s. solam Israeliticam, legem, cum exclusione moralis. Atque illi errores adeo pungunt Virum TOELLNERVM, ut ipse ad officii Christi, quod hic quidem est *Sacerdotale*, *Ebr. 9, 11.* impletionem provocaverit. Hoc autem neutiquam a nativitate ex matre Iudaea, sed immediate a Deo Scriptura S. derivat, *Ebr. 5, 5.* imo ex nativitate derivandum discrete negat, *Ebr. 7, 14. etc.* Verum quidem est Paulum docere, quod Christus sit Diaconus Circumcisionis, *Rom. 15, 8.* at vero hoc ex profus alia ratione, sc. a Veritate Dei in implendis promissis Patribus datis, neutiquam ex ipsa Diaconia, multoque minus ex ea a nativitate*

C

ex

ex Iudaea matre derivata, deducit, *loc. cit.* Nullibi itaque vel vlla species inveniri vel apparere pro ista spuria argumentatione potest. Totus iste Viri discursus redit in nihilum. 8. *Nec, quidquam* recti pro sententia Viri ex efficta ab ipso verborum Pauli paraphrasi oriri vel derivari potest. Quae tantum abest, vt sententiam Apostoli exprimat, ut manifesto in eam intrudat, quae Paulus non habet, quod sc. *vi nati- v itatis suae adhuc ipse* legi subiectus fuerit. 9. *Neque vero* id satis habet Vir TOELLNERVS, sed futili interpretatione Redem- tionem in sola ponit liberatione ab obligatione legis ceremonialis, et forensis, Iudaeorum, adeoque. 10. *Mox addit* verbis Apostoli, quae non habet, mox limitat, vbi absque limitatione Paulus loquitur, quod vtrumque legibus iustae interpretationis repugnat, adeoque Viri *ψευδεργαλειαν* manifestam facit. 11. *Conclusio* itaque, quam inde Vir TOELLNERVS derivare vult, aber nun — geböhren worden sey, sc. quod Christus pro se, für seine Person, legi subiectus fuerit pariter in nihilum redit. 12. *Ex opposito* autem vere ex verbis Pauli, quod Christus legi subiectus *factus*, recte colligitur, quod per nativitatem, vt reliqui homines naturaliter ab Adamo descendentes, neququam vlli legi, hominibus praescriptae, subiectus fuerit, sed ex voluntate Patris, Ebr. 5, 5. 7, 28. et sua Pl. 40, 8. 9. voluntarie, libere, lubentissimeque eidem subiectus factus, ejus- que obligationem in se suscepit. 13. *Quae* deinde affert TOELLNERVS: Ich kan — angenommenen Natur, ad ea satis haecenus responsum est. Ni- mirum conceditur propositio *prima*. Limitatur *secunda* quoad eas leges, quae sacrificia typica referunt, qua tales. Quoad reliquas, et morales, et Ecclesiasticas s. ceremoniales, et forenses, libere in se recepit earum obligationem, eamque etiam implevit, *Luc. 4, 16. Matth. 17, 24.* Ad- mittitur *sic tertia*. Negatur et pernegatur *quarta*. Tandemque admittitur, subiectionem sub lege Christo competere toti, vt personae ex duplici natura compositae, formaliter tamen secundum humanam naturam. Pertinent enim ejusmodi propositiones ad primum genus communicati- onis idiomaticum. 14. Cum autem deinde Vir TOELLNERVS infert: Aber — übernommen und erhalten habe, illi, postquam futiles agendi mo- dos TOELLNERI satis removimus, respondemus per parodiam veriore: Aber wer kann nun aus dieser Stelle weiter entfernen wollen, daß sich Christus ohne einige vorläufige Verbindlichkeit gegen das Gesetz aus freyer Bewegung bestimt habe, demselben unterworfen zu seyn. Hier steht klar, daß

daß er von einem Weibe geboren, und unter das Gesetz gethan sey, folglich mit der menschlichen Natur zugleich die Verpflichtung zum Gehorsam gegen dasselbe übernommen, und also freywillig erhalten, habe.

§. 6.

Sed alio loco *secunda se vice* TOELLNERVS adversus hoc dictum armavit. Namque pro sua distribuendi ratione posteriorem dicti partem a priori separavit. Postquam itaque, quae priori opposuit consideravimus, veniamus nunc ad ea, quae posteriori obmovit. 2) Omittis, quae TOELLNERVS suis oppositionibus praemisit. **Schwerlich** — andere

C 2

Hälfte

- 2) Dabimus hic quoque Viri propria verba, quae apud ipsum leguntur lib. cit. §. 57. **Schwerlich**, inquit, dürften mehr Schriftstellen auch nur mit einigem Scheine für die Sendung Christi zur Leistung eines thätigen vertretenden Gehorsams beigebracht werden können, als die beiden abgehandelten. Ich eile zu denjenigen, in welchen ausdrücklich gelehret werden soll, daß der thätige Gehorsam Christi ein Theil des von ihm ausgeführten Erlösungs-Werks gewesen, und die Erlösung der Menschen durch denselben sowohl, als durch seinen leidenden Gehorsam, geschehen sey. Aus diesen Schriftstellen erwächst die dritte Classe von Stellen für die gemeine Theorie, und unter solchen würde derjenigen billig die erste Stelle gebühren, von welcher die erste Hälfte schon erläutert worden ist, da wir diejenigen prüften, in welchen die freie Unterwerfung Christi unter die göttlichen Gesetze gegründet seyn soll (§. 50.). Es ist die Stelle: Da die Vollendung der Zeit gekommen war, sandte Gott seinen Sohn aus, geboren von einem Weibe, und dem Gesetz unterworfen, auf daß er diejenigen, die unter dem Gesetz waren befreien mögte, damit wir die Kindschaft empfangen, Gal. 4, 4. 5. Hieher gehört nun die andere Hälfte dieser Stelle. Es wird vorausgesetzt, daß unter dem Gesetz Gottes das gesammte göttliche Gesetz und insonderheit das Moral-Gesetz begriffen werde. Hiernächst wird angenommen, daß die, welche unter dem Gesetz waren alle Menschen sind, sofern sie wegen Uebertretung desselben unter dem Fluch des Gesetzes liegen, oder zu den auf die Uebertretung desselben gesetzten Strafen verhaftet sind. Und nun wird diese Stelle dahin erklärt, daß Gott seinen Sohn gesandt, und dem Gehorsam gegen das Gesetz unterworfen habe, damit also die Menschen von den durch ihren Ungehorsam dagegen verschuldeten Strafen befreiet, und der mit der Begnadigung verbundenen göttlichen Kindschaft theilhaftig werden mögten. Wäre diese Erklärung erwieslich, so würde nun freilich die Rechtfertigung oder Begnadigung der Menschen in dieser Stelle, wie es scheint, offenbar als eine Absicht, und mithin auch als eine Folge, der Unterwerfung Christi unter das göttliche Gesetz, und mithin auch seines Gehorsams gegen dasselbe, vorgestellt. Und könnte denn mehr verlanget werden, als eine klare Versicherung der Schrift, daß Christus dem

Hälfte dieser Stelle, quae nec adducturus fuisset, praesertim quia jam supra, monui, quod cardinalem locum omiserit Vir de obedientia activa Christi, et ad eam ejus missione a Patre, praecipientem *Io. 17, 4.* Non itaque adducturus fuisset, nisi clarissime in iis mentem suam negandi obedientiam Christi activam esse Redemtionis leu satisfactionis Christi partem, exposuisset, et reliqua ad connexionem, quam Vir sibi formavit, pertinerent. Quae sequuntur: Es wird vorausgesetzt — theilhaftig werden, ea pertinent ad expositionem orthodoxae sententiae cui Vir semet opponit, quamque sine ratione verbis wird vorausgesetzt, wird angenommen, wird diese Stelle dahin erklärt, sugillat, quemadmodum
ex

dem Gesez unterworfen worden sey, um die wegen ihres Ungehorsams gegen dasselbe unter dem Fluche des Gesezes liegende Menschen von dem Fluche desselben zu befreien? Ich übergehe, daß auch noch in solchem Falle zu untersuchen seyn würde, ob die Befreiung der Menschen von dem Fluch des Gesezes wirklich als eine Absicht und Folge der Unterwerfung Christi unter dasselbe, und nicht vielmehr als eine Absicht und Folge der göttlichen nach Vollendung der Zeit geschehenen Sendung desselben überhaupt vorgestellt werde? Denn wir werden gar nicht genöthiget, die Worte, auf daß er die, so unter dem Geseze waren, erlösete, mit dem unmittelbar vorhergehenden, und dem Gesez unterworfen, zu verknüpfen. Diese Worte hängen blos durch eine participial Construction mit der Nennung des gesandten Sohnes Gottes als eine Beschreibung seiner Sendung zusammen. Und es ist wirklich der Wortfügung im Grundtexte gemässer, den hier vorgestellten Zweck der Sendung Christi, mit der vorhin vorgestellten Sendung desselben, als mit den darauf gemeldeten Umständen dieser Sendung, zu verbinden. Jedoch, so ungewiß bereits auf diese Weise dasjenige wird, was man auf diese Stelle zu gründen pflegt, so wenig sind wir desselben zur Ueberzeugung vom Ungrunde der gemeinen Auslegung benöthigt. Es ist oben ausführlich erwiesen worden, daß am vorbandenen Orte von keinem andern, als dem israelitischen Geseze, und namentlich von dem gottesdienstlichen Geseze für die Israeliten, die Rede ist (§. 50.). Hiernächst kann auch nicht mit einer einzigen parallel Stelle behauptet werden, daß, unter dem Geseze seyn, heisse, unter den Strafen des Gesezes liegen. Es ist unleugbar, daß, unter dem Geseze seyn, dem Gesez unterworfen, und zum Gehorsam gegen dasselbe verbunden seyn, bedeutet. In dieser Bedeutung wird nach aller Geständniß hier von Christo gelehret, daß er unter dem Geseze gewesen oder geworden sey. Wie sollte nun diese Redensart unmittelbar darauf eine andere Bedeutung haben können? Ich berufe mich noch einmal auch auf den folgenden ein und zwanzigsten Vers, da der Apostel die von der Verbindlichkeit des Mosaischen Gesezes überredeten

ex mox dicendis patebit. Confessionem, quam adductis verbis subjungit: Wäre diese Erklärung erweislich — zu befreien? eam lubens accepto, mox, quod ea, quamvis incomplete a Viro expressa, vere in verbis Apostoli contineatur, evicturus, et eidem opposita remoturus. Cum enim nunc TOELLNERVS ad refutandam eam sententiam se accingit, dicens: Ich übergehe — zu verbinden, eo nihil nisi confusionem suam prodit et studium suum lectores in easdem confusas ideas immittendi. Quae enim in his distinguit, ea, necessario nexu conjuncta, divelli nequeunt. Missio filii a Patre facta est eo fine, vt legis obligationem in se susciperet, et legi subjectus est filius, ut nos liberemur; Quis non intelligit, filium

C 3

missum

deten Galater Leute nennet, die unter dem Gesetze seyn wollen. Unter dem Gesetze (ὐπὸ νόμου) seyn, bezeichnet eben das, was anderswo, auch im Gesetze (ἐν νόμῳ) seyn, genannt wird *). Und unter einer Person oder Sache seyn, heißt überall derselben unterworfen seyn. So stehet vorher im dritten Vers: Als wir noch Kinder waren, waren wir unter den weltlichen Anfangslehren (ὐπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου) in der Knechtschaft, das ist, denselben unterworfen. So wird von den Knechten gesagt, daß sie unter dem Joch seyn **); Und der Hauptmann sagt; daß er unter sich Kriegersleute habe ***). Nun würde ein offenbar unschicklicher Verstand entstehen, wenn in dieser Stelle vom Gesetz Gottes überhaupt, und daher auch vom Moral. Gesetz, die Rede wäre. Denn so würde der Verstand entstehen, daß Gott seinen Sohn gesandt, und dem Gesetz unterworfen habe, um die zum Gehorsam gegen dasselbe verpflichteten Menschen von der weitem Verbindlichkeit gegen dasselbe zu befreien. Wer kann einen so ungeheuren Irrthum mit dem in der vorigen Stelle versicherten Endzweck der Sendung Christi zur Aufrichtung des Gehorsams gegen das göttliche Gesetz in den Menschen vereinigen? der Zweck des Apostels ist, vermöge desjenigen, was oben über diese Stelle ausgeführt worden, kein anderer, als die mit der Darstellung Christi aufgehobene weitere Verbindlichkeit des mosaischen Gesetzes zu versichern. Die so unter dem Gesetz waren, sind die Israeliten, welche allein zum Gehorsam gegen dasselbige verpflichtet waren. Und der Apostel will sagen: Es fehlet so viel, daß der bekehrte Heide, um an den Wohlthaten Israels nach der Darstellung Christi Theil zu nehmen, auch die besondern Gesetze Israels bewilligen und beobachten müßte, daß selbst in Ansehung der demselben vorhin verpflichtet gewesenen Israeliten mit Christi Darstellung die Verpflichtung zu denselben aufgehört hat. Aber was ist denn die Kind-

*) Rom. 12, 12. Cap. 3, 19. **) I. Tim. 6, 1. ***) Matth. 8, 9. Luc. 7, 8.

missum esse eo sine ut nos liberemur? At ea liberatio fieri non poterat nisi eo, ut filius legi se subiceret, E. Filius missus est ut legi se subiceret. Vtrumque omnino a missione filii est. Verba vendit Vir. Nugae sunt, praeterea quae nihil, in eo, qui divellere ab invicem nititur adeo necessario connexa. Nec quidquam ejusmodi praestigiis, omnibusque, quae sequuntur ad usque verba zu verbinden, obtinetur, quod opponi posset orthodoxae sententiae, quam clarissima divinae Scripturae litera, eo ordine, quo ipsae res connectuntur, proponit. Venditur fumus! Unde magnopere fallitur TOELLNERVS, quando ex his incertitudinem orthodoxae sententiae jam derivare vult. Vacillantem autem dubiumque animum

schaft, deren Erlangung als eine damit verbundene Wohlthat vorgestellt wird? Wir haben hier durchaus nicht an die göttliche mit der Rechtfertigung verbundene Kinderschaft zu gedenken. Der Apostel unterscheidet unerwachsene minderjährige (*νηπιους*) und erwachsene Kinder (*νους*)^{*)} Nun hatte er bei dem Beschlusse des vorigen Capitels die Absichten des Ceremonial-Gesetzes dahin bestimmt, daß solches einen dem vormaligen kindlichen Alter der Kirche angemessenen Unterricht von Christo ertheilen, und ein Zaum gegen die Abgötterei seyn sollen. Mit der Darstellung Christi, hatte er behauptet, habe das kindliche Alter der Kirche aufgehört, und die Gläubigen des neuen Testaments wären als erwachsene Kinder (*νους* Jes) anzusehen. Aber damit habe auch der Gebrauch des Gesetzes, als des Hofmeisters, aufgehört^{**)}. Im Anfange des Capitels, aus welchem unsere Stelle ist, setzt der Apostel die Allegorie fort. Er leget die Erfahrung zum Grunde, daß so lange der Erbe noch minderjährig sey, zwischen ihm und einem Knechte kein Unterschied sey, und leitet daraus her, daß ihre Knechtschaft unter das Gesetz sich auf ihre ehemalige Minderjährigkeit in der Erkenntnis bezogen habe. Nun ist klar, was wir unter der in der vorhandenen Stelle genannten Kinderschaft (*νουθεσια*) zu begreifen haben, und daß wir darunter nichts anders, als das mit der Darstellung Christi angegangene männliche Alter der Kirche, und das ist, die damit geschehene Ausbildung zu einer vollkommenern Erkenntnis zu begreifen haben. Mit dem Zusatz, auf daß wir die Kinderschaft empfangen, erklärt und erweiset der Apostel die mit der Darstellung Christi geschehene Aufhebung des Mosaischen Gesetzes und der Verbindlichkeit gegen dasselbe. Er zeigt, daß sich solche als eine Folge von dem damit geendigten kindlichen Alter der Kirche verhalte. Und sein Beweis ist vollkommen schließend. War das Gesetz bloß bestimmt, einen der ehemaligen schwachen Erkenntnis angemessenen Unterricht zu ertheilen; so hörte das Amt desselben mit

*) Vgl. 1. Cor. 13. 25. 26.

mum suum prodit, dum, sentiens, quam sint nulla, quae praetexit, iterum recedit, et semet eo consolatur, quod iis non indigeat ad refutationem sententiae, cui semet opponit. Sedoch — benöthigt. Recurrit itaque ad §. 50. *sui libri*, ibidem amplissime demonstratum dicit, hoc loco *legis* vocem pro sola Israelitica et nominatim Ceremoniali lege sumendam esse. Eam autem demonstrationem Viri jam ponderavimus in antecedentibus, eamque refutavimus (§. 2. etc.): quare hic quoque in ea responsione acquiescimus, eidemque plura addi nihil opus esse iudicamus.

§. 7.

Prosequitur autem Vir TOELLNERVS et sententiae sibi oppositae hoc obvertit, quod ullo *parallelo loco* non possit adstrui, *sub lege esse* significare poenis *eiusdem subjectum esse*, ad poenam legis praestandam obligatum esse. Profecto, qui ista legit, dubius fieri debet de recto Viri sensu! Nonne ipse Vir obligationis significatum adseruit, et ex *Gal. 4, 21.* probavit, atque univ ersaliter adsumtum et concessum docuit? §. 50. imo hoc ipso quoque loco? Numquid itaque qui lege obligatus est non obligatus est, transgressor, ad poenam lege statutam? *Subjectum legi esse* vtrumque involvit et obligatum esse ad obedientiam legi praestandam et obligatum esse ad poenam, transgressoribus legis, ipsa lege, stabilitam. Vtrumque ut pro nobis in se reciperet filius Dei, pro se legi non subjectus, neque ad obse-

der durch Christum besorgten Erleuchtung der Menschen auf. Die Gläubigen des neuen Bundes verhalten sich als erwachsene Kinder, die eines solchen biblischen Unterrichts nicht weiter benöthigt waren. Der Apostel verpflichtet damit seine Leser, die ihnen durch Christi Darstellung in dieser Absicht wiederfahrne Wohlthat nicht zu verkennen, und nicht ungebraucht zu lassen. Er redet Einschließungs-Weise, weil er, seiner Herkunft nach, zu den Nachkommen Abrahams gehörte, die unter dem Gesetze waren; Und er überläßt nun seinen Lesern den Schluß zu machen. Haben sich selbst die Israeliten der Wohlthat zu erfreuen, daß mit Christi Darstellung ihre Verpflichtung gegen das beschwerliche Gesetz aufgehört hat; wie sonderbar würden wir bekehrte Heiden handeln, wenn wir diese Wohlthat verachteten, und uns ohne einigen Grund der Verbindlichkeit demselben unterwerfen wollten? aber, wo bleibt nun eine Spur, daß Paulus in dieser Stelle die Rechtfertigung der Menschen als eine Folge des von Christo geleisteten Gehorsahms gegen die göttlichen Gesetze vorgestellt habe? wo bleibt nun eine Spur, daß uns Christus durch seinen freiwilligen thätigen Gehorsahm erlöset habe?

obsequium, neque ad poenam, ad id missus est Patrae: qui itaque legi pro nobis *subiectus factus* vtrumque in se benignissime suscepit ad voluntatem Patris, et suam, Filii, et obedientiam a nobis legi debitam, et poenam a nobis, transgressoribus legis, promeritam, hinc praestitit pro nobis et perfectissime quidem, *Io. 17, 4.* quod cum fructu a nobis praestari non poterat, ut in nos fructus, exinde sperandi, redundarent, adeoque *vicariam* sua subiectione libera et voluntaria sub lege praestitit pro nobis satisfactionem (Conf. Specim. I. §. 3.) quod et ipsum Paulus ex Spiritu S. in nostro loco docet additis verbis: *ἵνα τὰς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ*, vt pretio (*utriusque obedientiae*, activae et passivae) posito nos redimeret, et nos filiationem obtineremus. Quid, quaeso, in his obscurum, quid difficile, quid subiectioni Filii sub lege non accommodum? aut quid in vtraque propositione obvienti voci *ὑπο νόμον* non admirabiliter respondens, neutiquam aequivocum, est? Vnde de alio in vtraque propositione connexa ejusdem vocis significato falso, et sine omni ratione, Vir conqueritur. Obiter noto, quod minus curiose citaverit locos heic allegatos, nec probaverit ex loco *Rom. 12, 12.* quod *ὑπὸ νόμον* idem sit, quod alibi dicatur *ἐν νόμῳ*. Verum in his non haereo. Corrigat, quisque voluerit, Viri *σφάλματα*. Sufficit, quod significatus *subiectionis sub lege* vtrumque et obligationem ad ejus custodiam, et, ea non custodita, ad poenam legis, involvat. Nec necessarii semper sunt loci paralleli. Nec tamen defuturi fuissent hic, si cernere Vir vultisset, *Gal. 3, 10.* *Deut. 27, 26.*

§. 8.

Ad alia accedo, quae Vir profert verbis: Nun würde ein offenbar — in den Menschen vereinigen. Vereor ne magna in his versetur logomachia. Nonne Paulus expresse docet, quod liberati simus a lege? *Rom. 7, 6.* Et certe non de ceremoniali, sed de *moralis* sermo est. Loquitur enim de officiis, quae, secundum *sextum* Decalogi *praeceptum*, conjugibus custodienda sunt. Conf. etiam vers. 4. Nonne ipse quoque Paulus docet, quod non simus sub lege, *ὑπο νόμον*? *Rom. 6, 14.* Imo in hac ipsa ejus epistola docet, quod non simus sub lege, veri Christiani? *Gal. 5, 18.* Nonne idem Apostolus docet, quod iustis, hinc fide iustificatis, *Rom. 5, 1.* lex data vel posita non sit? *1 Tim. 1, 9.* Quid ergo?
Num

Num Paulus, per Spiritum Sanctum loquens, horrendum errorem, einen ungeheuren Irrthum, proposuit? Sed! Salva res est! Pro obligatione, quam litera occidens, comminans mortem, et maledictionem, hoc est damnationem aeternam, *Deut.* 27, 26. Conf. *Matth.* 25, 41. hinc terrorem, et servilem timorem, atque metum mortis, incutiens *Gal.* 4, 24. 5, 1. *Rom.* 8, 15. *Ebr.* 2, 15. nobis imposuit, substituuntur in Christianis motiva sublimiora, augustiora, longe fortius moventia, gratiosa, ex fide, ex gratiae divinae superabundantibus divitiis, hinc obligatio melior, suavior, fortior, quae voluntarie, libere, lubentissimeque, legem divinam custodiendi nobis animum, per Spiritus Sancti operationem, excitant. Hinc obligatio manet, sed *modus obligandi* toto coelo differt, differt ut litera occidens, a vivificante Spiritu, quod admiranda ratione Paulus, literae ministerium a ministerio Spiritus distinguendo, docuit *2 Cor.* 3, 4—18. Imo, ea obligatio, cum sua differentia, quoque in quolibet proxime antecedenti excitato loco distincte docetur. Sic *Rom.* 7, 6. liberati a lege Christiani docentur *ἀλλάττειν*, sed *ἐν καινότητι πνεύματος*, et qui mortui sunt legi, vers. 4. *διὰ τὸ σῶματος τὸ κατὰ τὴν ἔσθλην*, (Conf. *2 Cor.* 5, 14.) debent ejus esse, qui a mortuis resurrexit, et fructus ferre Deo. *Rom.* 6, 14. non sunt sub lege Christiani veri, sunt autem sub gratia, et ex virtute motivorum ex gratia defunctorum rectas actiones praestant. Non sunt sub lege, reguntur autem a Spiritu *Gal.* 5, 18. Iustis, sc. per fidem *Rom.* 3, 26. 5, 1., lex posita non est, quia libere lubentissimeque agunt, quod legi conforme est, *Iac.* 1, 25. similes Christo, *Pf.* 40, 9. *Philip.* 2, 5. fructusque fidei praestant *2 Pet.* 1, 5. etc. fructus justitiae, *Philip.* 1, 11. fructus Spiritus *Gal.* 5, 22. Conf. *Pf.* 51, 12. brevi expositas qualitates novae creaturae, *Gal.* 6, 15. novi hominis, *Eph.* 4, 21—24. Ut solus neglectus verae cognitionis hujus capituli doctrinae Virum, in obscuro versantem, ad superiora indigne cogitata seduxerit.

§. 9.

Quae deinde disputat TOELLNERVS: *Der Zweck* — *aufgehört hat*, ea sunt ejusmodi ut nihil quidquam Virum juvent. Namque. 1. *Iterum* vaga dictione *Mosaicam*, ut in antecedentibus *Israeliticam*, legem nuncupat, et ab eadem legem *moralem* eximere vult, quod jam in antecedentibus rejecimus, quia lex moralis aequae est *Israelitica*, et *Mosaica*, at-

D

que

quæ ceremonialis et forensis, atque textus non ullam ejus restrictionis rationem exhibet. 2. Admodum a vero aberrat dum *solos* Israelitas *sub lege* fuisse statuit, cum omnino lex moralis, cordibus omnium hominum inscripta, *Rom. 2, 14—16.* ad reliquas omnes gentes pertineat, quæ et æque redimendæ erant, et a Christo redemptæ sunt, atque Israelitæ, *Rom. 3, 19, 23, 24, 25, 26. Eph. 2, 1—10.* Vnde 3. Id longe maxime erroneum confectarium, *solos* Israelitas a Christo redemptos esse, et filiationem obtinuisse, eam restrictionem TOELLNERI omnino repellit. Hinc 4. Omnis illa limitativa explicatio regulis hermeneuticis repugnat, et *Ψευδερμυνείων* Viri evincit. 5. Nec quidquam Virum juvare potest illa restrictiva textus explicatio. Namque utrumque, *Israelitas et omnes gentes* fuisse sub lege, certe *moralis*, adeoque peccatores, hinc poenis peccatorum obnoxias *Rom. 3, 19.* itaque redimendas, et a Christo redemptas, *1 Tim. 4, 10.* verum est, imo et toti doctrinae Scripturae Sacrae exactissime conforme est, nec itaque ulla restrictionis in textu ratio præsto est, nec ullum pro TOELLNERO ex restrictione, quæ ad solos Israelitas sententiam Pauli refert, oritur commodum. Namque 6. *Tota* sententia Viri potest admitti, et a nobis quoque admittitur, in extensiva, eaque Scripturae Sacrae, naturæ rei, et finibus divinis in missione Filii, maxime conveniente explicatione. Æque enim et nos et Israelitæ liberati sumus a lege ceremoniali *Act. 15, 8—11.* atque et nos et illi a Christo redempti, perque ipsum et nobis et illis filiatio, et omnia ejus confectaria, et vita æterna, acquisita sunt, *Gal. 3, 28, 29, 4, 7.* Potius itaque fecunditatem Scripturae Sacrae sequimur, quam infirmam atque egenam Viri interpretationem. Iungimus utramque sententiam, quarum altera alteri neutiquam contraria est, utraque bene consistit, nec ab una adstructa ad alteram negandam valet consequentia. Vitium interpretationis Viri est in separatione eorum, quæ separanda non erant, et in restrictione sententiæ, quæ restringenda non erat. Quam itaque sententiam Pauli exprimit Vir verbis, eam eo *Ψευδερμυνείων* vitiose exprimit, quod eam ad solos Israelitas refert, quæ ad omnes referenda erat, eamque unicam, *nullam aliam*, Apostolo scribit. Omnium hominum cordibus inscripta lex moralis, diserte docente Apostolo, *Rom. 2, 14, 15.* Illi itaque omnes subjecti sunt, *Rom. 3, 19.* Inde omnis mundus reatui obnoxius est, *l. c.* omnis itaque mundus justificationem, filiationem, s. adoptionem, et salutem

salutem non nisi per fidem in Redemptorem obtinere potest, *Gal. 2, 16. Act. 4, 12. Rom. 3, 23—26*, cujus itaque redemptio futili interpretatione restringenda non est.

§. 10.

Verum obmouet suae restrictioni is ipse TOELLNERVS quaestionem, quid sit *υιοθεσια*, cujus Apostolus meminit? et viam prosequens, quem semel intravit, in eadem devia ulterius pergit, verbis: *Uber — ερλωσετ habe?* Videamus de singulis. *Obseruo 1.* Lex, quae data est post 430. annos a data et confirmata Abrahamo promissione, *Gal. 3, 17*, ne utriquam est sola ceremonialis et forensis, sed omnino quoque moralis. Adeoque jam manifesto falsa est facta a TOELLNERO ejus legis ad solam Ceremonialem, vel ad solam utramque, ceremonialem et forensis, restrictio. *2 Paulus* expresse negat vniuersaliter, vllam legem datam esse, quae vivificare posset, adeoque tum de lege morali, tum de ceremoniali, tum de forensi, negat. *3. Lex* vniuersaliter paedagogus noster ad Christum. Moralis enim de peccatis nos convincit, eorumque poenis aeternis, adeoque vrget nos, tanquam paedagogus, vt, praedicato per Evangelium Christo, praeter quem hominibus, in vniuersum, omnibus in nullo alio data est salus, *Act. 4, 12*, ad ipsum solum confugiamus. Conf. quoad totum nexum *Rom. 3, 19—26*. *4. Quoniam* tamen moralis lex Christum non praedicat, adeoque, quoad doctrinam de Christo, homines rudes, ignorantēs, *υπιστις*, relinquit, quamvis recte etiam tanquam *υπιλοι* considerandi sint, qui Christum ex lege ceremoniali tantum per umbram, imagines, et typos, cognoscunt. Hinc *5. Ex his* omnibus patet legem moralem ex sententia Apostoli ne utriquam excludendam esse. Patet TOELLNERVM ea exclusionē legis moralis versari in errore, ex quo reliqua ejus, quoad hunc locum, *Ψευδεγραμεια* originem traxit. *6. Redemptionis* idea etiam injusto modo ad solam liberationem a iugo legis ceremonialis refertur, contra clarissimam Scripturae literam *Pl. 40, 16. 130, 8. Hof. 13, 14. Gal. 3, 13. Tit. 2, 14. 1 Theff. 1, 10. 1 Pet. 1, 18. al. 7. Finis* illius Redemptionis, *υιοθεσια* nostra, itaque ne utriquam in sola liberatione a lege ceremoniali ponenda est. *8. Nec ulla* ratio dari posset, redemptionis *sanguine* et *morte* Christi efficiendae, si de sola liberatione a lege ceremoniali sermo esset, ad quam sola ejus legis, fa-

sta a legislatore, abolitio, ejusdemque observandae nuda prohibitio, omnino sufficiens fuisset. At sentimus latentem anguem in herba, quem suo loco protracturi sumus. 9. Potest tamen utrumque bene conjungi, quemadmodum jam §. *antec.* docuimus, et in separatione eorum, quae optime conjunguntur, initia habentur *Ψευδεργμηνείας* TOELLNERI, 10. *Nauti* itaque habenda est absque solido argumento prolata adsertio audax *Viri*: Wir haben hier — zu gedenken. Ut jam non specialiter connotem etiam in paucis his verbis conspicuam *Vir* confusam cognitionem rerum Theologicarum, dum conjunctam cum justificatione filiationem nuncupat, nec tamen quomodo conjuncta sit, antecedenter, an consequenter, explicat. Nec tamen possum, quin 11. *Asterisco* notem novam confusionem in verbis: Nun ist klar — zu begreifen haben. Namque a. *Hoc solum*, quod *Vir* hic intelligendum vult, jam docuimus neutiquam exprimere totam Apostoli sententiam. b. *Nec* aetatem virilem Ecclesiae *Vir* rite concepit, dum eam ad solam magis perfectam cognitionem refert. Namque eam omnino plura involvere id ex solis locis 1 *Cor.* 16, 13. *Eph.* 4, 13. etc. 6, 10. etc. discere potuisset, et intelligere, quod non ad solam cognitionem s. solum intellectum referenda sit, sed et voluntatem eam, quam saepe docuimus involvere, et in vtraque ad finem vitae constantiam, *Col.* 1, 22. 23. 2, 4 — 8. etc. etc. etc. requirere. c. *Vaga* sane *virilis aetatis Ecclesiae* dictione nihil efficitur. Verum de causa tota jam exposuimus (§. *antec.* et *praef.*). Quae deinde addit, quod addito fine, auf das wir die Kindschaft empfangen, Paulus declarat et probet cessationem obligationis legis *mosaicae*, quam nunc dicit, quasi lex moralis mosaica non contineretur, in eo iterum veritatem non attingit. Evidentissime enim Paulus docet finem missionis Filii, et subjectionis ejus sub lege, esse, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Evictum autem jam dedimus, omnes homines esse sub lege, *Rom.* 2, 14. etc. 3, 19. nec vllum esse in eo inter homines discrimen, *Rom.* 3, 23. et, quid, illud sit, ὑπὸ νόμον ἐφθάρμεθα συνεκλεισμένοι, id apte enucleabit *Zacharias* *Cap.* 9, 11. nimirum infernus est ea fovea, aqua carens, *Luc.* 16, 24. cui scilicet omnes homines peccatores obnoxii erant, quod et ipsum in hac ad *Galatas* epistola *Cap.* 3, 22. clarissime indicatur in Scriptura S. declaratum. Omnes itaque homines non aliter nisi per Filii Dei missionem, ejusque subjectionem sub lege, liberari poterant. Hinc futilem TOELLNERVS solos Israelitas legi subjectos fuisse arguit, futi.

futiliter redemptionem ad solam liberationem a iugo legis ceremonialis restringit, et futiliter *νοθεσίαν* ad eam liberationem solam refert. Omnes homines peccatores, rei, legis divinae moralis violatores, erant, cum legi subjecti essent, ad eamque implendam obligati, et, ejus transgressores, poenae, quam lex dicitur, maledictioni, damnationi aeternae, obnoxii, aliter liberari non poterant, quam ut Filius Dei mitteretur, humanamque naturam ex muliere, Maria, adsumeret in suam hypostasin, atque Θεῶν Δεῦρος Redemptor legi subjectus, fieret, ejusque obligationem et agendo, *obedientia activa*, infiniti valoris, et patiendo poenas a nobis promeritas, poenis infiniti valoris *obedientia passiva* in se susceptis, tolleret, atque sic *utraque obedientia ἀντιλυτρον* se praestaret, tantoque pro nobis pretio posito nos redimeret, eoque in peculium suum, et fidelibus, ut, reconciliati, Dei Filii, et haeredes Dei, et vitae aeternae, fierent, Rom. 8, 15—17. Gal. 3, 26, 29. acquireret. Is est finis tanto opere dignus, eumque cum omnis Scriptura Sacra praedicet, tanquam per redemptionem, reconciliationemque cum Deo, per Christum effectum, quemadmodum loci superius (§. 4.) citati, Ps. 49, 16. Hof. 13, 14. Zach. 9, 11. Col. 2, 22. etc. 1 Pet. 1, 18. Gal. 3, 13. aliique plures evincunt; non potest alium, quam eundem Redemptionis nostrae finem, nec Redemptionis alium, quam nostrae Filiationis, scopum missionis Filii et ejus subjectionis sub lege, docere divus Apostolus. Quoniam autem istorum finium divinorum ad nos applicatio non nisi per fidem in Christum, impetrari potest (Specim. I. §. 3. n. 15.); hinc cum fide nostra Justificatio Rom. 5, 1. nostra filiatio, Gal. 3, 26. nostra haereditas futura, Act. 26, 18. Rom. 8, 14. etc. omnium promissionum possessio, Gal. 3, 22. conjuncta, eidemque concessa, in Scriptura S. docentur. Vnde in his redemptionis finibus jure meritoque acquiescimus. Atque sine his finibus Virilis aetas Ecclesiae parum, vel omnino non, praestaret puerili ejus aetati. Conjungi itaque debent etiam virili Ecclesiae aetati isti fines. Atque hinc est, quod in antecedentibus utramque sententiam conjungendam praedicavimus, in eo Viri *Πενδεκμηναίαν* ponentes, quod non separanda sejunxerit, non limitanda limitaverit. Divina filiatio, ex fide justificante concipienda, est, de qua Paulo sermo est, et maxime quidem, et sensu immediato. Gal. 3, 26. Qui eam filiacionem obtinuit, is profecto libertatem a legis litera, Spiritu Sancto

ductus, gratissima mente agnoscer, et de cessante obligatione legis ceremonialis ipse, Spiritu Sancto duce et monitore, usus, et de substantia ipsa Bonorum, non imaginibus nudis, gaudens, utramque felicitatem simul possidens vere virilem aetatem, ut eam Paulus describit, *Eph. 4, 13—16. 6, 10.* etc. sibi gratulabitur. At eo corrumpere velle Pauli sententiam, ut ad nudam liberationem a lege ceremoniali adstringere redemptionem, et *videtur* velimus, et in hac misera et egena, et paupertate sua despectabili, sententia divi Apostoli foecundissimi totum sensum comprimere nitamur, hoc a nobis impetrabit nemo. In id vero unicum tendit omnis discursus viri, quo etiam, ne quidquam petulantiae desit, ferociens (*durchaus, nichts anders,*) nobis imponere, erroneumque suum conceptum obtrudere, vult. Alterum, quod aeque minus acceptare possumus, est, quod et puerilem et virilem aetatem Ecclesiae in sola cognitione, ibi minus distincta et imperfecta, hic magis distincta et perfectiore, ponit, nec ullum respectum habet ad voluntatis meliorem determinationem, quam omnino et maxime Paulus respicit dum Spiritum servitutis puerili, Spiritum filiationis virili aetati, tribuit, *Rom. 8, 15.* etc. Vbi enim Spiritus est ibi libertas, *2 Cor. 3, 17.* ut itaque non lege, urgente poenis, minis, condemnatione, morte, quod legi V. T. conveniebat, ad fidem, et bona opera, compellamur, sed lege Christi, *1 Cor. 9, 4.* lege plenariae libertatis *Iac. 1, 25.* quae urget nos ad libere, voluntarie, libenterque, lubentissimeque, acceptandam, quam Deus nobis offert, et in nobis operatur, fidem, eamque corroboratam, (quo utique egregie respicit *Zacharias Cap. 12, 8.* et Paulus *Eph. 6, 10.* etc. *al.*) et urget nos ad praestandum bona opera, legi hinc conformia, et fructus fidei, *2 Pet. 1, 5. 8.* quia ex fide, ex Christo, ex gratia, ejusque actibus, ex filiatione, ex spe vitae aeternae, motiva sumit, eaque efficacissima ad vitam spiritualem demonstrandam, ut libere, voluntarie, lubentissimeque, ea praestemus. Ea est vere aetas Virilis, ubi membra Ecclesiae ita instructa sunt, iisque facultatibus, et promptitudinibus gaudent, quemadmodum Paulus *1 Cor. 16, 13.* *Eph. 4, 13.* etc. *6, 10.* etc. et Iacobus et Petrus *ll. cc.* nos docuerunt. Is autem posterior Viri error, gravior est atque is, qui sine attentione intuetur, statim intelligit. Si enim Redemptio in sola liberatione a lege ceremoniali consistit, in eaque liberatione aetas virilis Ecclesiae ponenda est, quae nihil aliud, quam perfectiorem cognitionem involvit, tota redemptio in sola suppeditata perfectiore cogniti-
one

one subsistit, qui est summus et maxime horrendus error, qui Socinismum involvit, et ad Naturalismum simul via proxima ducit. Tales sunt fructus infani illuminatissimi nostri seculi, unsrer erleuchteten Zeiten, cujus foetibus posteritas nostra maledictura est. Si combinatum significatum liberationis *activae* a jugo legis ceremonialis, et ab occidente litera legis moralis, hinc a peccatis, eorumque poenis, adeoque ab aeterna damnatione, termino Redemptionis Vir tribuisset, quemadmodum locus hic vnice vere parallelus, *Gal. 3, 13.* ipsum docere debuisset: Si porro combinatum significatum liberationis *passivae* a jugo legis ceremonialis, et ab occidente litera legis moralis, hinc ab omni peccato, peccatorumque poena, adeoque ab aeterna damnatione, termino *viðerðias* Vir addidisset, tum veram vtrinqve dictionis sententiam faciles admissemus propter foecunditatem significatum, et sensus, Scripturae Sacrae. At nunc, cum totam sententiam Pauli ad solam liberationem a jugo ceremonialis legis restringere, et activam eam voci *redemptionis*, passivam voci *viðerðias*, nude tribuere vult? non possumus non ejusmodi erroneam, et naturae rei, et clarissimae literae Scripturae S. et orthodoxae Ecclesiae nostrae, contrariam, imo et saluti et fidei justificae et salvificae noxiam, interpretationem egregii dicti Paulini nostri ex toto animo rejicere, et tanquam maxime erroneam refutare, repellere, et damnare. Praeter ea, quae modo dixi, observo. 1. Qui modo absque ratione a nobis postulabat locum parallelum (§. praesc.) cur non ipse circumspexit locum parallelum in quo *ἐξαιγοράζειν* non alium habeat significatum, quam liberationis activae a jugo ceremoniali, et *viðerðia* non alium, quam liberationis passivae ab eodem jugo? Sane, quia is erat nullibi inveniendus! Namque *ἐξαιγοράζειν* nullibi de Christo adhibetur, quam, praeter hunc nostrum locum, vnico loco *Gal. 3, 13.* vbi certe redemptio a maledictione legis nihil minus significare potest, quam liberationem activam a lege ceremoniali. Pariterque *viðerðia* praeter hunc nostrum locum non habetur nisi *Rom. 8, 15. 23, 9, 4. Eph. 1, 5.* et nullibi his locis idea liberationis passivae solius a legis ceremonialis jugo adplicanda est. Num, quaeso, omnis, qui liberatus est a lege ceremoniali certus per Spiritus S. testimonium est de aeterna haereditate? vel ad eam divinitus ordinatus? Hoc sane nemo dixerit, adeoque primus secundus et quartus locus Viro contrarius est. Quod autem ad tertium attinet, is, explicandus ex locis parallelis

lelis *Jer.* 31, 9. *Ies.* 63, 16. 1, 2. Viro non minus aduersatur. Docet enim *viobertian* tribui iis, qui erant sub lege ceremoniali, docet, quod, qui legi ceremoniali subiecti erant, *vidi* appellati, imo exaltati filii, dicti, sint, adeoque non posse *viobertian* significatum liberationis ab eadem lege denotare. Nulla itaque sunt, quae tanquam ingenii sui foetus Vir TOELLNERVS nobis offert. Imo, quia fides in Redemptorem etiam in V. T. ut in N. T. vnicus erat filiationis et salutis aeternae obtinendae ordo, nec ullis hominibus nomen aliud, quo salventur, datum est, *Act.* 4, 12. Vera *viobertian* idea non alia est, quam ea, quam Paulus docet *Gal.* 3, 26. etiam ad nostrum locum, *Gal.* 4, 5. adplicanda, in quo tanquam subiectionis Christi sub lege, et Redemptionis Christi, finis docetur. In ea itaque idea, quae arctissimam nostram ad Deum, tanquam reconciliatum nobis Patrem, relationem, et cum ipso communionem, exprimit, merito subsistimus, nec ad aliam simul assumendam vlllo modo vrgermur, quae aliunde *Col.* 2, 16. satis probari potest, etc. quin haec vnica nobis, quoad hunc locum, omnino sufficiat. Interim, quoniam etiam thetice verum est, redemptos a Christo non amplius subiectos esse legi ceremoniali vel forensi Iudaeorum, nequiquam refragabimur, si cui placuerit, eam sententiam cum priori et potiori et *palmaria* in hoc quoque loco conjunctam docere, at vero hanc *secundariam* unice in hoc loco doceri ab Apostolo, id ex ideis connexis et scopo Apostoli derivari posse, tanto minus admittere possumus, quanto certius in eodem doctrinae nexu *Cap.* 3, 26. veram *viobertian* ideam diuus Paulus suppeditavit. Atque, his notatis, sublata corruunt cuncta, quae ad eliminandam veriorem sententiam verbosus TOELLNERVS protulit ad vsque verba demselben unterwerfen wöten. Quae tandem addit Vir aber — erlöset habe, ea vanae magniloquentiae Viri specimina spernimus. Cum enim satis evicimus, non excludendam verae *viobertian* ideam potiore, et primariam, eamque doceri ab Apostolo hoc quidem loco, tanquam subiectionis voluntariae Christi sub lege, hinc eius obedientiae activae et passivae pro nobis vicariae, atque ejus redemptionis, hinc satisfactionis pro nobis vicariae (*Conf. Specim. I. §. 3.*), scopum, finem, effectum; quilibet intelligit 1. Quod Vir denuo confundat ideas Iustificationis, filiationis, et redemptionis, cum ex hac illae non sequantur, nisi accedente fide, quamvis scopus redemptionis omnino sit nostra Iustificatio, et filiatio, cum suis conse-

ctariis

Ariis 2. *Quod potiori jure quaerere possimus* : Wo bleibt nun eine Spur, daß Paulus in dieser Stelle die Rechtfertigung der Menschen und ihre Kindschaft nicht als eine Folge der Sendung des Sohnes vom Vater und der Unterwerfung desselben unter das göttliche Gesetz, mithin der vom Sohn geleisteten Erfüllung desselben, sowohl durch seinen thueden als leidenden Gehorsam gegen die göttlichen Gesetze, vorgestellt habe? Wo bleibt nun eine Spur, daß uns Christus durch seinen freywilligen sowohl thätigen als leidenden Gehorsam nicht erlöset habe? 3. *Frivolum sane et audacissimum conatum Viri adversus saniozem et puriorem doctrinam averfantes satis intelleximus.* Vidimus autem, quae Dei est gratia, vidimus quoque, omnes ejus conatus et nisus frustra, adversus clarissimum effatum Apostoli, adhibitos, nullum effectum quoad eos habituros, qui doctrinae verbi divini, et orthodoxae ecclesiae, firmiter inhaerent. Adeoque misera inventa de redemptione sola a lege ceremoniali, et *viobetica*, sola libertate ab eadem lege, tanquam misera nugamenta dimittimus.

§. II.

Ordo nunc juberet, ad Socium Viri TOELLNERI, S. R. Dn. DOEDERLEINIVM accedere, qui, etsi in multis TOELLNERVM sequitur, fidus ejus assecla, adeoque TOELLNERO opposita, etiam ipsum feriunt eatenus, habet tamen quae *sua* sunt! et in eo quoque TOELLNERO melior est, vt *viobetica*, veriorez ideam in nostro loco admittat. Verum limites Programmatis hodie nobis tenendi sunt. Vnde isthaec consideratio alio tempore instituenda erit.

Vos autem, *Cives Academiae O. O. Honoratissimi*, per omnia, quae Vobis, et hoc, et prioribus specimenibus, exposita sunt, intelligitis, vana esse, quae veritati coelesti, de *obedientia* Christi *activa* et *passiva*, essentialibus per ipsum *praesitae* pro nobis satisfactionis vicariae, factaeque redemptionis nostrae, partibus, proh! opponuntur. Hoc itaque fidem *Vestram* in Redemptorem, ejusque satisfactionem, confirmaturum, *Vobis* etiam fortissima motiva suggesturum est, *sigillum* complete factae redemptionis et satisfactionis *Christi*, *Ejusdem Resurrectionem*, fideliter et sanctissime hoc festo die, ejus memoriam *Vobis* in mentem revocante, recolendi non modo, sed et fidem ita confirmandi, vt certissime propter

E


Christi

Christi obedientiam activam et passivam, atque post eam sequutam Resurrectionem, fide sanctissima adplicatam, *videlicet* Vestrae et salutis aeternae participes Vos futuros, confidere queatis, in eademque fiducia perflituri sitis, usque dum adfuerit vitae hujus, omniumque mundanarum rerum


F I N I S.

P. P.

SVB SIGILLO RECTORALI IPSO PASCHATOS FESTO
DIE A. O. R. MDCCXCI.



5



Num Paulus, per Spiritum Sanctum loquens, horrendum errorem, eiu
ungeheuren Irrthum, proposuit? Sed! Salva res est! Pro obligation
quam litera occidens, comminans mortem, et maledictionem, hoc e
damnationem aeternam, *Deut. 27, 26. Conf. Matth. 25, 41.* hinc te
rorem, et servilem timorem, atque metum mortis, incutiens *Gal. 4, 2*
5, 1. Rom. 8, 15. Ebr. 2, 15. nobis imposuit, substituuntur in Christian
motiva sublimiora, augustiora, longe fortius moventia, gratiosa, ex fid
ex gratiae divinae superabundantibus divitiis, hinc obligatio melio
svavior, fortior, quae voluntarie, libere, lubentissimeque, legem divina
custodiendi nobis animum, per Spiritus Sancti operationem, excitar
Hinc obligatio manet, sed *modus obligandi* toto coelo differt, diffe
vt litera occidens, a vivificante Spiritu, quod admiranda ratione Paulu
litterae ministerium a ministerio Spiritus distinguendo, docuit *2 Cor.*
4—18. Imo, ea obligatio, cum sua differentia, quoque in quolib
proxime antecedenti excitato loco distincte docetur. Sic *Rom. 7,*
liberati a lege Christiani docentur *ἀλύειν*, sed *ἐν καινότητι πνεύματι*
et qui mortui sunt legi, vers. 4. *διὰ τὸ σώματος τῆ χειρῆ*, (Conf. *2 Co*
5, 14.) debent ejus esse, qui a mortuis resurrexit, et fructus ferre De
Rom. 6, 14. non sunt sub lege Christiani veri, sunt autem sub gratia,
ex virtute motivorum ex gratia defunctorum rectas actiones praestant
Non sunt sub lege, reguntur autem a Spiritu *Gal. 5, 18.* Iustus, 1
per fidem *Rom. 3, 26. 5, 1.*, lex posita non est, quia libere lubent
simeque agunt, quod legi conforme est, *Iac. 1, 25.* similes Christi
Pf. 40, 9. Philip. 2, 5. fructusque fidei praestant *2 Pet. 1, 5.* etc. fruct
iustitiae, *Philip. 1, 11.* fructus Spiritus *Gal. 5, 22.* Conf. *Pf. 51, 1*
brevi expositas qualitates novae creaturae, *Gal. 6, 15.* novi homini
Eph. 4, 21—24. Vt solus neglectus verae cognitionis hujus capituli d
strinae Virum, in obscuro versantem, ad superiora indigne cogita
seduxerit.

§. 9.

Quae deinde disputat TOELLNERVS: *Der Zweck — aufgehört ha*
ea sunt ejusmodi vt nihil quidquam Virum juvent. Namque. 1. *Iternu*
vaga dictione *Mosaicam*, ut in antecedentibus *Israeliticam*, legem
nuncupat, et ab eadem legem *moralem* eximere vult, quod jam in antec
dentibus rejecimus, quia lex moralis aequae est *Israelitica*, et *Mosaica*, a

D

